51.

Maiori timeat obuius ire minor.
Hic ponit alia fabula cuius documentum est quod homo
impotens et debilis non debet se sociare fortiori et po
tenti quia frequenter ex hoc damnum incurrit. Vi
detur quod fortis sepe vincatur a fortiori. Istud nobis
declaratur fabulose. quadam ei tempore vipera venit ad do
mum cuiusdam fabri causa cibum sumendi et incepit
rodere limam ferream quod senties lima dixit. o
tu debilis et impotens non possis mihi nocere tuis
morsibus sed potius tu volens mihi nocere noce
bis dentibus tuis quia sum durior quam tu es sine compara
tione aliqua. Nam ego possem terere massam
ferream in tenuem farinam. ego quidem secare possum
aspera et plana et perforare perforanda. ergo tu es
multum fatua quod tu opponis te mihi quia licet ego
ferior a te non tamen inde doleo sed rideo et poteris in
de reportare vulnera. Concluditur ergo per documento
mento quod debilis non opponat se fortiori. per limam
intelligitur deus omnipotens per viperam vero stultos
peccatores qui se diuine opponunt voluntati per sua
peccata non tamen deo sed solum sibi ipsis nocere possunt

52.

Vgna lupus opponit oues ouiumque satelles
Est canis est verues hac ope fidit oues
Palma diu dormit desperat turba luporum.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-157/0101
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG